

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Ortus S. Ignatij & ad meliorem vita[m] conuersio. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

XVIII. DE GLORIAS. IGNATII.

594

- | | | | |
|---|-------------|--|------------|
| Illustria S. Ignatij adhuc viuentis miracula. | CAP. XVI. | S. Teresia Virgo, magna Sancti Ignatij gloria causa extitit. | CAP. XIX. |
| Varia miracula à S. Ignatio post mortem edita. | CAP. XVII. | De gloria S. Ignatij ex S. Philippo Neri profecta. | CAP. XX. |
| De admirabili Sanctitate S. Francisci Xaverij, Socij & spiritualis filij S. Ignatij in eius gloriam redundante. | CAP. XVIII. | De gloria quam S. Ignatio attulit S. Carolus Borromeus. | CAP. XXI. |
| | | Quedam monita Spiritualia S. Ignatij. | CAP. XXII. |

Index rerum particularium huius Opusculi & aliorum ordine alphabeti ponetur in fine totius voluminis.

COMPENDIVM VITÆ.

S. IGNATII DE LOYOLA

FVNDATORIS SOCIETATIS IESV.

CAPVT PRIMVM.

Ortus S. Ignatij, & ad meliorem vitam conuersio.

Natus est S. IGNATIUS in ea Hispanie parte, quæ ad Pyrenæum pertinet, & Cantabria nominatur, Anno 1491. Patrem habuit Bertrandum Iannez, Ognes, & Loyolæ Dominum, illustris atque antiquæ Familiae: Matrem legitimo marito & qualem virtute ac nobilitate, Mariam Sanchez, claris ortam parentibus, Baldæ Dominis. Quæ duæ in Cantabria Familiae, eorum sunt è numero, que Magne appellantur apud Hispanos. His ortus Parentibus S. IGNATIUS, cum esset eximia & animi & corporis indole, in Curia Ferdinandi Regis Catholicæ, inter honorarios pueros aliquando versatus, bellicæ laudis appetens, ac Antonium Manicum Nauaretinum Duxem, Proregem Nauarræ, cum quo Loyolæ genti necessitudo vetus intercedebat, sece contulit, ac rei militari operam dare coepit. Sed cum ab exercitu Gallorum, arx Pamplonensis, Nauarræ caput, oppugnaretur, cuius defensionem IGNATIUS suscepserat, ei ante alios dimicant, lapis ex muro vi bombardæ excusus, lœvam lætit tibiæ, dexteram verò adeò confregit, ut seminatus corruerit, feria secundâ Pentecostes, 26. Maij, 1521. Strato IGNATIO, arx à Gallis capta: IGNATIUS ab iis honorifice tractatus, curatus, remissusque ad suos, cùm lecto affixus, fallendi temporis caufa, librum aliquem profanum sibi dari iussisset, duo ei libri traditi sunt, quorum alter Christi Domini, alter Sanctorum vitas continebat. Eorum lectione, tam ardenter incensus

est, vt decreuerit mundum relinquere, Christi ac Sanctorum vestigia sequi, Hierosolymam proficii, vt ibi fideles promoueret in spiritu, infideles vero ad Euangelium adduceret.

CAPVT SECUNDVM.

Res à S. Ignatio gestæ, à sua conuersione ad finem vitæ.

Cvratis vulneribus S. IGNATIUS, parentes, res omnes mundanas, valde licet repugnante germano fratre, reliquit: & Christo deinceps militaturus, ad Monasterium Montis Serreati, Ordinis S. Benedicti, perrexit, ibique generali Confessione (cuius tunc vñus propè incognitus erat) reperita, gladio & pugione, quibus antea mundo meruerat, in templo eiusdem Monasterij suspensis, tunica talaris aspera induitus, fune præcinctus, capite nudo, totam eam noctem, cui dies festus Angelicæ Salutationis illuxit, per uigilante aram SS. Virginis Marie, diuino le culti consecravit, Anno 1522. Inde digressus, faciens dignos pœnitentia fructus, in Hospitali Minorellano, & in specu ad littus fluuij per campum Minorellanum decurrentis, Romanum venit Anno 1523. Vbi ab Adriano VI. Pontifice, Apostolica benedictione suscepta, Hierosolymam contendit. Sed cum ibi remanere, & animalium saluti operam nauare, ob pericula Turcarum impendentia, vetitus fuisset, in Hispaniam redire, vbi, quod melius securiusque in spiritualibus rebus proximis posset utilitatem afferre, triginta iam annos natu, primo Barcinone Grammaticæ, deinde Compluti per annum & dimidium, Philosophia ac Theologia, studuit: tandem Parisijs, omnia illa stu-

Ccc 4 dia